

tionale idem est cum homine, sed quatenus ab eo est diversum.

17. *Mendax mentitur:*

O. homo est mendax:

E. O. homo mentitur.

Si omnis homo mendax, E. & ipse μεταρ-
σιολέχης, qui jam loquitur. Et per conse-
quens, ne hoc quidem verum est, quod
loquitur: *Omne hominem esse mendacem.*

Annotatio.

1. Notetur quosdam Paralogismos ex
Accidente etiam ad locum *Sophisticum figu-
re dictionis* referri posse, diverso respectu.
*Thomas Aquinas opusc. de fallaciis c. 9. Ja-
cob Martini l. 7. c. 5. p. 1100.*

2. *Accidens* hic non sumitur ut in Prædi-
camentis, neq; ut in Prædicalibus sumeba-
tur, quum hic prædicatum, quod substan-
tiam significat, & de subjecto essentialiter
prædicatur, *Accidens* dici possit. Dicitur
igitur hic *Accidens alicujus*, quod ita de a-
liquo prædicatur, ut cum eo ex parte sit
idem, ex parte ab eo diversum, sicut ani-
mal hic vocatur *Accidens hominis*, quia

15

animal